

25H  
23 Decembris 1570

# DECLARATIO

XVI

F22

S. D. N. PII PAPÆ V.  
SVPER DEROGATIONE  
Concilij Tridentini.



ROMAE Apud Hæredes Antonij  
Bladij Impreslores Camer. 1571.

13 de Mayo 1776

27

DECLARATIO

S. D. N. PII PAPAE VI.  
SUPER DEROGATIONE  
Concilij Tridentini.



ROMAE Apud Haeredes  
Bladij Iaphetis Comiti

R. 99069



**M**OTU proprio &c.  
Cum plerunq; con-  
tingat dubitari in  
causis in Rotæ audi-  
torio nostro & alibi  
pendentibus, super prouisionibus,  
& commendis, vnionibus & aliis  
dispositionibus, ac aliis gratiis apo-  
stolicis, quæ contraueniunt decretis  
Concilij Tridentini, An sit opus spe-  
ciali derogatione eiusdem Concilii,  
Nos quæcunq; dubia desuper mota  
& mouenda submouere uolentes,  
ac quorumcunq; decretorum Con-  
cilii huiusmodi tenores præsentibus  
pro expressis habentes, Motu simili  
&c. & ex certa nostra scientia ac de  
apostolicæ pōtatis plenitudine, hac  
nostra perpetuo ualitura constitutio-  
ne declaramus, neq; speciali neq; ge

nerali derogatione eiusdem Conci-  
lij, opus fuisse & esse in quibusuis  
collationibus, prouisionibus, com-  
mendis, unionibus &c. & aliis dispo-  
sitionibus de quibusuis beneficijs  
ecclesiasticis, cum cura & sine cura,  
secularibus, & quorumuis ordinum  
regularibus, etiam Monasteriis con-  
uentualibus & Consistorialibus, ac  
curam animarum habentibus, quæ  
quomodolibet uacarunt, & uaca-  
bunt, ac etiam gratiam & iustitiam  
concernentibus, & aliis gratiis, ac  
concessionibus apostolicis per nos,  
ac fæ. re. Pium PP. iiii. prædecesso-  
rem, necnon quoscunq; Romanos  
Pontifices successores nostros (no-  
stra tamē & prædecessoris, ac succes-  
sorum prædictorum propria ma-  
nu signatis) ac sedem apostolicam

quibusuis personis, collegiis, & aliis  
piis locis, ac alias quomodolibet fa-  
ctis & faciendis, ac concessis & con-  
cedendis. Et ita per quoscunq; iudi-  
ces &c. etiam causarum Palatii apo-  
stolici Auditores, ac Sanctæ Roma-  
næ Ecclesiæ Cardinales in quibusuis  
causis, etiam per appellationem pen-  
dētibus iudicari, & diffiniri debere,  
sublata &c. irritum quoq; decerni-  
mus. Volentes præsentis nostri Mo-  
tus proprii cedulam in Cancellaria  
apostolica publicari, & in illius li-  
bro quinterno nuncupato describi.  
Non obstantibus quibusuis consti-  
tutionibus, & ordinationibus apo-  
stolicis, stylo palatij &c. cæterisque  
contrariis quibuscunque.

Placet Motu proprio. M.



Lectus & publicatus fuit supra-  
scriptus Motus ptoprius Romæ in  
Cancellaria apostolica, Anno incar-  
nationis Dominicæ Millesimo quin-  
gentesimo septuagesimo, Die uero  
Sabbati uigesima tertia mensis De-  
cembris, Pontificatus S. D. N. D.  
Pii, diuina prouidentia Papæ quinti  
Anno Quinto.

Io. Lomellinus Custos.

